



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Quomodo Plato quasi ioco ex uiro sumpta[m] m[u]liere[m] scripsit. Cap.  
vij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

suit, pro uiro autem primo, quem dei cōsilium atq; prouidētia qua/ sinuperrime natum filium produxit, consilij filium Porum nomine posuit. Cumq; Moses in ipsa constitutione mundi factum hoc dixe rit, cum Venus facta esset id accidisse Plato narrauit, Venerem alle gorice propter pulchritudinem mundum appellās. Sed uerba eius hæc sunt. Cum inquit facta esset Venus, & alijs dij, & cōsiliū filius Po rus, in conuiuūm conuenerunt, & post coenam inopia tanq; mendī ca ad ianuam domus ubi cōueniebant accessit. Porus autem nectas re superatus (nondum enim uini usus inuentus erat) in hortos Iouis ingressus grauiter dormiebat. Inopia uero propter indigentiam ad insidiandum parata, ut ab eo liberos susciperet, apud eum accubuit, & hoc dolo Cupidinem a Poro concœpit. His Plato allegorice illa mosayca uoluit significare.

Quomodo Plato quasi ioco ex uiro sumptam mulierem  
scripsit.

## CAPVT VII.

**P**réterea Mose dicente. Adae autem non inueniebatur co/ adiutor similis eius. Immisit ergo deus saporem in Adam. Cumq; obdormisset, tulit unam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & edificauit deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. Cui non intellexerit Plato, quo sensu id dictū est, quia tamen mosayca omnia fuerat admiratus uoluit omnino p/ terire. Itaq; Aristophani comœdo, qui etiam rebus honestis illude/ re solebat, orationem in Symposium attribuit dicens. Oportet primū ūos naturam humanam & passiones ipsius p/discere. Prisca em, no/ stra natura alia erat quam nunc est. Nō enim duo genera hominū, ut modo, sed tria fuerunt. Ad masculum enim atq; foeminam tertium etiam aderat utriscq; commune, cuius rei nomē solummodo relictū est. Res y/o penitus perijt. Nam Androgynum tunc re ipsa & nomi ne ex utrisq; mare scilicet atq; foemina constabat. Istis cum aliquan tulum, ut Aristophanes solebat illuserit, subiungit dicens. Hæc Iup piter dixit, & incidebat homines medicos, & Appollini iussit par tes incisor; ita coniungere, ut facies ad cæsuram uerteretur.

De prima hominum uita. CAP. VIII.

Vm Moses primam hominum uitam in paradiſo dei nulla re indigen:em, quasi diuinam afferat, omniacq; sponte a ter/

E ra